

moniarum Scriptores. B. Sandhagen paulo ante memoratus collat caput hoc post ea, qvæ contigerunt *Marc.* II. 23. usqve 28, collato *Luc.* VI. 1. usqve 5, ubi Christus discipulos suos, spicas sabbato & qvidem δευτερησπεώτω ebellentes, adversus Pharisæos detenit, præcedente in eodem *Marci* capite vocatione discipuli v. 13. usqve 17, nec non *Luc.* V. 27. usqve 32, atqve responsione Christi ad qvæstionem : qvare Johannis ac Pharisæorum discipuli adeò sæpe jejunent, non autem discipuli Christi *Marc.* II. 18. usqve 22, *Luc.* V. 33. usqve finem. Assumit itaq; Vir modo laudatus hypothesis illam, qvod sabbatum δευτερησπεώτω denotet *sabbatum*, aliquod hebdomadale *Paschatis Festum antecedens*, & claris verbis dicit: Am andern vornehmen Sabbath für Ostern, secutus B. Seb. Schmidium in Diss. de *Sabbatbo Divteroproto* §. 27, conf. etiam J. Lundii *Alte Jüdische Heiligthümer* ed. in fol. p. 1018, qva in re consentiunt qvoad generalia C. onst. l' Empereur, Job. Cloppenburg. Lud. Cappellus, & Sam. Petius, licet qvoad specialia haud parvam foveant differentiam, qvam insinuat B. Frischm. in Diss. de eadem voce cap. I. §. 16, s. ubi hos simul IV. refutat. Fundamentum autem, cui B. Sandhagen cum B. Schmidio innititur, est: qvòd Judæi, cum annum sacrum inciperent à mense *Nisan vel Abib* Exod. XII, ante Pascha, ejusdem scil. mensis XV. die celebrandum, duotatum habuerint Sabbata, unde ea dicta sint duo *prima Sabbata*, in contradißitione reliqorum, quæ omnia seqvebantur festum *Paschatis*: inter se autem commodius distingvi non potuerint, quām ut prius diceretur πέμπτην primorum primum seu prius, posterius δευτερησπεώτον primorum secundum seu posterius, seu alterum primum, qvæ sunt verba ipsius B. Schmidij in allegata Dissertatione, qvæ est gva in Diss. Theol. Philol. fasciculo, in qua B. Henrici Mülleri Theol. Rostochiensis sententiam mox proponendam, ab hoc in Diss. De baptismopro mortuis & *Sabbato δευτερησπεώτω* 1665. edita expositam, refutare conatur, ita tamen, ut viro illi dissentiendi libertas relinquatur, prout ipse ait §. 1. Ast B. Frischmutb l. c. fundamentum illud sententiæ Schimidianæ planè in dubium vocat, affirmando Diss. suæ jam citatæ c. I. §. 18: dicendum esse, quemadmodum tunc (cum Christus in terris agebat) menses non amplius numerabantur à mense